



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

7. An si esset stipendum justum assignatum ex pacto inito cum ipso  
Rege, possit postea Parlamentum ex aliqua justa causa præbere  
donativum majus, Rex imponere novum, vel antiquum augere tributum? Ex

...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Comitiis seu Parlamento. Res. IV. &c. 373

sugos lo han de juzgar, si es ansí, y han de dar cuenta  
á Dia Supremo Iue. Sic ille, & ego. Verum est,  
quod si insufficiencia Regni Theologis constaret, tunc  
dicant, quid de tali insufficiencia sentiunt, & nihil  
timeant.

7. Vnde Iuan. Franciscus Aponte loco citato lo-  
quens in casu nostro de donatiuis, que in Parlamen-  
to Regi praebentur ad Consiliarios sic ait: [ Perpen-  
dant bene Ministri Regis omnia ex veraque parte, que  
sunt causa, que sunt necessitates, que sunt Regni vi-  
res, in quas necessitates inexcusabiles pecunia sit con-  
vertenda: si alius adest expediens, non timeat fac-  
tum potentis, dicant veritatem coram Deo, & homi-  
nibus, quia de anima certant, & de aeternitate irrevo-  
cabiliter, in qua nihil potest Rex, nihil Protes, nul-  
las fauor, & nulla gratia. ] Sic Aponte.

7. Considerare etiam debent summoper Consiliarii, & Parlamentarii ea, que circa imposta semel  
donatiua, sicut ad tempus aduerterit Capiblancus tract.  
de officio Baronum, prag. 1. num. 6. & idem videant,  
in illis imponendis quid faciant. Et considerent etiam  
autem arbitria, que proponuntur: nam, ut bene ob-  
seruat Consultor Matuta in respons. contra Messanen.  
fol. 4. in practica sunt difficultia; & non reddunt postea  
in fractione panis, quod in theoria promittunt, sicut  
apparet in Parlamento Ducis Oslinae, ann.  
1612. Et hec dicta sufficiant circa materiam cognoscendi iustitiam, vel iniustitiam donatiui aliquius Par-  
lamenti; sed, quia olim à nobilissimo viro, & aliis, de  
multis questionibus ad Parlamentum spectantibus inter-  
rogatus fui, illas breuiter exponam.

## RESOL. IV.

As Rex, si culpa sua propter largitiones immoderatas,  
iniusta bella, &c. in egestate inciderit, possit in se  
imponere tributum, & Regnum illi donatiuum pre-  
bere, quidquid sit de peccato Regis?

Et notatur, quod in tali casu Princeps, teneat omnes  
sumpua parum necessaria excidere, & in posterum  
continere se a prodigalitatibus, & hoc notent à  
Confessariis, & Consiliariis Regis? Ex p. 1. tr. 3.  
Ref. 4.

§. 1. R Espondeo, quod sic: & in tali casu tenen-  
tur subdicti largiri omnia necessaria ad de-  
fensionem, & conservationem Reipublice; & ad id,  
quod necessarium est ad Principis sustentationem,  
confiterata dignitate eius. Nam tocum hoc postulat  
bonum publicum, quidquid sit de peccato Regis. Sic  
adversus Medinam C. de restit. q. 1. 3. Gabrielem in  
4. disp. 15. quast. 5. art. 1. concl. 3. & D. Antoniu-  
m, communiter tenem neotericis, & inter illos  
principis Malerus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4.  
Leffius lib. 2. cap. 33. dub. 6. num. 43. Turrian. in  
2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 2. n. 5. Molin. de iust.  
tract. 2. q. 667. n. 4. Barthol. à S. Fausto in specul.  
Confess. disp. 33. q. 11. Molanus in summa, tom. 2.  
n. 12. c. 22. n. 72. & Valp. Opus. de restit. c. 6. §. 1.  
dub. 2. n. 24. Et ratio est: quia inopia Regis vergit in  
perniciem totius Regni: ut ergo imminentia malo  
provideatur, lictum erit tributa imponere, vel de  
novo augere. Parum ergo refert, si inopiam inci-  
derit Rex culpa sua, modò tributis impositis, vel de-  
nuo auctio publico bono prouideatur.

2. Notat verò Leffius cum aliis ubi supra, quod  
Principes in tali casu tenetur omnes sumpua parum  
necessarios excidere, & in posterum continere se à  
prodigalitatibus. Quod maxime notandum esse ait  
Molina, à Confessariis, & Consiliariis Regum-Re-

Tome VII.

stat modò examineate iustitiam causa formalis talis  
donatiui; nempe, an sit impositum proportiona-  
biliter, ita ut vires Regni possint suffire tale onus: &  
in hoc consistit difficultas, maximè quando agitur de  
donatiuo extraordinario. Videndum est igitur, quan-  
do gabella dicatur iusta ex forma: quia, videlicet, est  
proportionabilis in ordine ad populum.

Sup. his cau-  
si formalis  
bus legi su-  
pra doctrin-  
am Ref.  
& ne deferas  
videlicet etiam  
Ref. 3.

## RESOL. V.

An intrantes in Parlamentum possint credere Regi at-  
testanti se esse in necessitate?  
Et quid, si moraliter alius in contrarium constat? Ex p.  
1. tr. 3. Ref. 11.

§. 1. A Ffirmatiuè respondet communite: nam Sup. hoc in-  
vir doctissimus, & integerimus, in propug. rectific.  
f. 46 & amicissimus Regens de Neapoli, vir litteris,  
probitate, & rerum experientia insignis, in Aleg. pro  
eodem vell. fol. 5. Landerchius conf. 145. n. 2. Thom.  
Gram. dec. 65. n. 30. & decis. 105. n. 9. credendum  
est Principi, quando attestatur de facto proprio, quia  
in ipso semper profumitur iustitia causa. Hanc doctrinam  
sequitur Card. Paris. tom. 1. conf. 1. num.  
41. Rolandus à Valle lib. 2. conf. 1. n. 98. Oldradus  
conf. 258. Alexander lib. 2. conf. 216. n. 1. Ceual-  
los contra tom. 9. 578. n. 26. Bobadilla in polit. regm.  
2. lib. 5. c. 5. n. 11. & alii penes ipsum in Glosa, lit-  
tera. C.

2. Sed hæc intelligenda sunt, quando moraliter  
aliud in contrarium non constaret: nam, vt docet Me-  
noch. de presumpt. lib. 2. prof. 10. n. 31. & Socin.  
lib. 2. conf. 164. vol. 5. recendendum est ab expressa  
assertione Principis, cum de veritate in contrarium  
constat. Vide etiam omnino Gloritum in Responsu  
pro nobilissima, & nunquam satis laudata Ciuitate  
Meßanae in respons. 1. p. 3. n. 13. & seq.

## RESOL. VI.

An assignare summam necessariam pro sustentatione  
Regis, vel regimine, & defensione Regni, spectet ad  
Parlamentum vel hoc remittatur arbitrio Regis? Ex  
p. 1. tr. 3. Ref. 12.

§. 1. R Espondet huic dubitationi P. Vasq. Opus.  
de restit. c. 6. §. 1. dub. 1. n. 7. vbi ait [ No-  
tandum est, Regibus, & habentibus supremum impe-  
rium in aliqua provincia, congruam deberi sustenta-  
tionem iure naturali, quæ sufficiat ad dignitatem re-  
giam decenter sustentandam, & Regnum, vel Pronin-  
ciam ab hostibus tuendam, ex pacto tacito inter Re-  
gem, & Regnum; & nisi debitum redactum sit ad cer-  
tam summam pecunia, ex pacto inter Regem, &  
Regnum inito, manet arbitrio Regis & supremi Prin-  
cipis, qui illius provinciæ curam gerit, iustam pecunia  
summam assignare, quæ necessaria sit regimini, & de-  
fensioni ipsius Regni. ] Sic Valsquez.

## RESOL. VII.

An si esset stipendium iustum assignatum ex pacto inito  
cum ipso Rege: posita postea Parlamentum ex aliqua  
iusta causa præbere donatiuum quatinus, & Rex impo-  
nere nouum, vel antiquum angere tributum? Ex p.  
1. tr. 3. Ref. 13.

13 Respondeo

§. 1. Respondeo affirmatiū ex Molfesi in sum. tom. 2. tr. 12. cap. 22. num. 70. Turrian. in 2. 2. tom. 2. disfunt. 45. dub. 2. num. 8. Valsquez ubi sup. dub. 2. num. 27. qui ex Gabriel. in 4. disf. 15. quaf. 5. art. 2. concl. 3. notant, Regem vltra possesiones, & redditus sibi alignatos, etiam ex pacto cum suis subditis, a se vel suis progenitoribus inito, posse exigere tributa noua, vel antiqua a gere, quando patrimonium sibi assignatum non sufficeret sua congrua sustentationi, secundum regiam dignitatem, vel secundum necessitatem publicam Regni, propter multa, que solent de novo accidere, & in his tenetur subditi prouidere. Quæ doctrina admittenda est, quando vires Regni, vt diximus supra in Refol. 5. possunt hoc sufferre: nam, *Hoc opus hic labor est.*

\* Quæ hic  
est supra  
Refol. 3.

## RESOL. IX.

Quam benignè Regnum Sicilia sit onerandum gubernis & donativis praeter ceteris Regni. Ex p. 1. u. 1. Ref. 31.

§. 1. B Enignissimè quidem: nam hoc regnum fidelissimum non fuit bello, impensis, & industria ab inimicis, sicut cetera, vindicatum; sed sponte, & voluntate se Ser. Regi. D. Petro in posse habet, vt patet, & docet Valdesius de dign. Reg. Hisp. cap. 17. num. 7. in fin. Ergo non est, si cetera Regna, vestigibus, & oneribus onerandum. Vide Caputum in tract. de regnante Republice, cap. 7. §. 27. num. 2. Vnde ex his Valsquez dñe ref. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 9. loquens de aliquibus Regnis Hispaniarum vestigibus oneratis, sic afferit: [Amaduertendum est, Regn hac labore, & industria Regum ab inimicis fidei in libertatem suisse olim vindicata: propter quod & maiorem eis tenetur quam rependere, quorum progenitores inimicos nostros prefigarunt.] Ita ille. Quod de Regno Sicilia, ut dictum est, non potest dici.

## RESOL. VIII.

An pro imponendis tributis in hoc Regno Sicilia sufficiat tantum causa necessaria de iure communi? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 3.

§. 1. P RO intelligentia huius resolutionis notandum est ex cap. 3. & seq. Regis Iacobi, tantum in aliquibus casibus posse Regem imponere Siculis tributa. Vnde potest dari casus, quo possit Rex imponere iustæ tributa in aliis Regnis, non autem in Regno nostro ex iure municipali: nam, vt benè aduerit Glorius respons. 1. p. 3. num. 34. si possent Siculis vestigia imponi, iuxta terminos iuriis communis, utique concessio illa Regis Iacobi, & aliorum Regum, nullam tribueret Siculis immunitatem, contra mentem, & rationem finaliem dictorum Regni capitulorum, que fuit alleuare Siculos, propter bene merita, ab onere noui vestigialibus, exceptis illis quatuor casibus in dictis capitulis expressatis. Vnde obseruat Glorius, inter alios casus supra à Rege Iacobo expressatos, posse Regem imponere Siculis tributum tantum pro defensione Regni, si contingat ipsum inuidiuacione notabili, sive gravi quod ipse explicat non solum in casu inuidiuacionis actualis, sed proximæ; non autem remota, & vt ait Molfesi in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 64. simulatae, procuratae, transitoriae, &c. In aliis vero casibus est interdicta in hoc Regno iudicio noui vestigialis pro quaenamque causa etiam virgintissima.

2. Non reticebo tamen, Regentem de Neapoli in alleg. pro vestig. serico, fol. mihi 55. & Confutorem de Matuta, virum doctum, in resp. pro supradicta gabella, fol. 17. & 18. verba Regis Iacobi contra Glorium magis amplè explicare. Sed quicquid sit de hoc, certum est, non esse audiendum Matrum Matutam, qui in expos. supradicti cap. Regis Iacobi, num. 6. extendit illa verba, nedum ad inuidiuacionem, & sic passim; sed etiam actiuvam virtutem quando Rex vellet mouere iustum bellum contra aliquos. Sed haec extensio minimè est admittenda: est enim contra mentem, & verba Sereniss. Regis Iacobi. Vnde, licet in aliis Regni posset in tali casu Rex imponere tributa; non autem in Regno nostro, propter priuilegia ei concessa in supracitatis capitulis, nisi admittenda esset opinio Santorij Bau. in Refol. pro tracta salis, fol. 12. & 14. vbi assert, Regem nostrum stare, & permanere in quasi possessione recessendi quandomcumque à promissis, & practicatis in Regni capitulis. Sed, bene Deus si hoc verum esset, quis amplius cum Rege practicaret: maximè vt saepius solet accidere, in Comitiis generalibus. Non est igitur dicta opinio admittenda. Vide Confilia Ramonij part. 1. conf. 24. num. 8.

## RESOL. X.

An donativum, & tributum impositum alieni Regni proper bella, & sumptus, quæ sustinet Rex in aliis Regnis, sit iustum? Ex p. 1. u. 3. Ref. 3.

§. 1. R Espondeo affirmatiū, cum Terris in 2. 2. tom. 2. disfunt. 46. dub. 1. num. 5. & eius Magistro doctissimo P. Gal. Valsq. Opusc. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 7. & quia eius verba sunt pulcherrima; ponam hic et per extensum: [Quamvis graue onus videatur nobis (loquitur de tributo Alcaulæ in Hispania) decimam soluere partem; tamen cum a Regis noli Philippi potentia totum multarum provinciarum pondus, imo & Christianæ Religionis perdet, quippe qui solus, & Hæreticus, & Turcis Ecclias infestantibus, non solùm resistat; sed etiam paucori sit; totam Italianam, Flandriam, Siciliam, & alia, multa gubernet, & defendat in quam defensione alieno ære gravauerit in dies: instituta legibus congruum fuit, vt tributorum aucta quota, nos, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi nostro subueniamus. At dictaque Relinquit Flandriam, deferat Italianam, uno suo amictu Regno contentus sit, quod, & sibi, & nobis majori futurum erit utilitati. Sed, nunquid iura Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum, antiqua Regna, quæ vel iure hereditario, vel bello iusto capta, ad eum pertinent; relinquat, maiorēque in diem animos inimicorum commoueat, vt Regnum etiam nostrum bello, & armis oppugnare non dubitet? Nōnne fabiūbus, eis enim facultates in hoc omnes absumamus, ut inimicorum tela longè à nostris Regnis confringantur, blisque bellī impetu, non tamē tam prope, sentimus. Quid si animo quisque perpendere, nobis vobis & omni tempore impune licet terram excollere, mellest colligere, fructibus terra in pace & tranquillitate vestigiūnumquemque & vxore, & filiis fecuto amio fui: è contra verò, vbi bellū furor sevit, incolas terram excolare labore magno, & feminare, vt hollis colligat nunc domū flagrare incendio, nunc vxores, & filias raptas, filios occisis spectare, & propriā vitā quotidie discrimini expositā habere, quis non magnificat